

Victor IV. an den Grafen Raimund der Provence und dessen Frau die Königin Richilde, seine Verwandte: berichtet ihnen über Rolands (Alexanders III.) zu schanden gewordenen Versuch auf Rom während des Konzils in Lodi, dessen vergebliche Verhandlungen mit Pisa und Genua und gescheiterte Einschiffung und verzweifelte Lage; ermahnt sie gegen alle Versuchungen der Schismatiker in seiner Oboedienz auszuharren.

Cremona (1161) November 17.

*Originalbrief (Littera clausa) Barcelona im Archiv der Kathedrale. Auf dem Rücken die verblaßte Adresse Comiti Provincia-
lium eiusque uxori.*

Victor episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis R. illustri comiti Prouincialium eiusque uxori consan|guinee nostre R. regine salutem et apostolicam benedictionem. Sicut ad uestre nobilitatis notitiam credimus peruenisse, | Rollandus scismaticus tempore, quo nobiles Romani fideles nostri ad concilium uenerant, Urbem in specie laicali, | nesciente de eo^a senatu et populo Romano, de nocte et furtim intrauit; unde post multa homicidia turpiter expulsus | nullam ciuitatem nullumque castrum circa partes Urbis potuit inuenire, ubi tutam ac firmam stationem haberet; | ideoque tamquam condempnatus et ab omnibus repudiatus se maris periculo commisit, deinde per nuncios suos Pisanos et Ianuenses | ut eum reciperent suppliciter exorauit. Ipsi uero de communi consilio eum repudiauerunt, asserentes se illum nolle recipere, | quem Romam caput orbis constabat gladiis et fustibus uelut dampnaticium reiecis-
se. Sic ergo spe, quam in quibusdam Pisanorum | et Ianuensium habebat, frustratus, cum^b multo dolore et uerecundia uersus predictas ciuitates cursum dirigere preter|misit et tamen tamquam desperatus et omnino a terra refutatus alti pelagi procellas intrare disposuit^c, properans quos potest christia[no]s quam | [celerrime conuocar]e^d et una secum in ruinam et desperationem falsa suggestionem inuoluere. Set, sicut pro certo accepimus, | mare non potuit eundem Roll(andum) et eius coniuratos tollerare, quorum

a) de eo über der Zeile übergeschrieben b) Rohde las eum c) suit übergeschrieben d) die Schrift ist hier durch Löcher zerstört oder sonst unlesbar; Rohde hat noch einige Buchstaben zu entziffern geglaubt, die der von mir dem Sinne nach vorgeschlagenen Ergänzung entsprechen